

- 51 *Oratio Joannis Rebler U. Juris doctoris, invictissimi ac gloriosissimi Cæsaris Augusti Maximiliani, consiliarii et secretarii, ad principem et senatum venetum illustrissimum habita, anno Christi 1507, die XXI junii (1).*

Omnem rempublicam tribus potissimum constare, videlicet consilio, virtute et justitia, iisque in æternum durare, tu, illustrissime princeps, et veneranda ista senatoria senectus, universusque populus inclytæ civitatis Venetiarum, jam longa experientia, etiam invitæ, didicere. Porro de consilio sano, quo ipsa respublica vestra hactenus feliciter incesit, superfluum est aliquid impresentiarum in laudem vestri commemorare. Ita enim consilio vestra semper valuit respublica, ut non modo Germaniae, verum etiam omni Galliæ, Italiae quoque et Hispaniæ, imo toti orbi sapientiam consiliorum vestrorum potissimum esse felicitatis amplificationisque vestre reipublicæ causam, non sine admiratione, quasi per speculum, licuit contemplari. Nec mirum, quo enim factum est, ut civitas vestra inclytæ nationis germanicæ plus quam alterius respectum semper habuerit? quod sacro romano imperio semper adheserit? quod regum ac imperatorum romanorum honorem et dignitatem emulari semper studuerit? nisi sapientissimo consilio suo. Quippe germanorum mores et consuetudinem sapienter considerans, quod non a Dite patre se esse progenitos, et propterea omnes divitias in terris tenere, superum aut inferum auxilio conantur et prædicant, quod non levitate animi, in consiliis capiendis et bellis inchoandis sunt mobiles, sed sedibus suis contenti, novis non student imperiis et divitiis non esuriunt alienis, et quibuscum semel amicitiam coierint, eam tenuissime certe observant, ad bella etiam suscipienda tardissimi; ubi vero, iniuria aliorum forte laccessiti, arma et gladium sumperint, mox ad omnes calamitates preferendas, eorum usque in finem promptus et alacer est animus, pulchramque petunt per vulnera mortem, utpote qui nobilissimas gentes, feroceissimos populos, bellicosissimas nationes, tam armis quam sapientia vicit; qui parva stepe manu (prout in re militari multum fortuna potest) multas hostium copias fudit; qui denique justitia, liberalitate, animi magnitudine, clementia, placabilitate, abstinentia voluptatum; quid plura? qui virtutibus imperatoriis omnibus reluet, non solum amare, verum etiam dignitatem eius et sacri romani imperii, ac nationis germanicæ juvare, tueri, defendere, perniciosos vero, improbos et novos tyrannos, exitialiter odire, persecuti, abominari. Sed quorsum ista (illustrissime princeps et tu, venerande senatus) tam longo repetita exordio? ut invictissimæ virtuti saeratissimæ cæsareae maiestatis, ut virtuti etiam sacri romani imperii, ut virtuti denique totius nationis germanicæ sapientiam consiliorum vestrorum amicabiliter et indissolubiliter conjungatis. Quo superveniat inclytæ vestre reipublicæ magna illa justitia, que omni auro, omni lapide precioso, omni denique virtute, imo Hespero præclarior existens. Unicuique vestrum reddet quod suum est, vobis non auferet quod vestrum est, alienis non dabit quod suum non est. Sed quid morarum? ipsa denique justitia conjuges vestras pulcherrimas, quo minus ab illis novis tyrannis humiliabuntur, custodiet. Filias vestras virgines pudicissimas, quo minus ab illis pulsabuntur eripiet. Adulteria cum stupris et incestibus, et id genus mille permiscere non sinet. Sed insignem vestram rempublicam virtute et auxilio sacratissimæ cæsareae

quod non est gens ulla aut civitas, cuius vel plura vel maiora in romanum imperium et caput eius argumenta benivolentiae et fidei apparuerunt; et praesertim apud quem nomen Austræ semper clarissimum, semper religiosum, semper venerabile fuit. Exemplo nobis sunt imperatores et reges romanorum, et novissime divæ memorie Federicus tertius, quem civitas vestra singulari observatione, dum pro corona imperiali per vestra dominia iter suum prosequeretur, venerata est; divum etiam Cæsarem Augustum Maximilianum a teneris unguiculis impensissem coluit, auctoritati eius favit, amplitudinem eius pro viribus omnibus defendit. Totiens respublica vestra cæsareæ maiestati, sacro romano imperio et nationi germanicæ copulata multiplici que nexu devineta, non potest omnium quæ ad gloriam, dignitatem, statum, felicitatem et amplificationem eorum pertinent, non esse cupidissima ac obsequentissima. Maxime quod hic sanctus ac peretus inclytæ vestre reipublicæ mos est principem ac cæsarem optimum, fortissimum, sapientissimum, utpote qui nobilissimas gentes, feroceissimos populos, bellicosissimas nationes, tam armis quam sapientia vicit; qui parva stepe manu (prout in re militari multum fortuna potest) multas hostium copias fudit; qui denique justitia, liberalitate, animi magnitudine, clementia, placabilitate, abstinentia voluptatum; quid plura? qui virtutibus imperatoriis omnibus reluet, non solum amare, verum etiam dignitatem eius et sacri romani imperii, ac nationis germanicæ juvare, tueri, defendere, perniciosos vero, improbos et novos tyrannos, exitialiter odire, persecuti, abominari. Sed quorsum ista (illustrissime princeps et tu, venerande senatus) tam longo repetita exordio? ut invictissimæ virtuti saeratissimæ cæsareae maiestatis, ut virtuti etiam sacri romani imperii, ut virtuti denique totius nationis germanicæ sapientiam consiliorum vestrorum amicabiliter et indissolubiliter conjungatis. Quo superveniat inclytæ vestre reipublicæ magna illa justitia, que omni auro, omni lapide precioso, omni denique virtute, imo Hespero præclarior existens. Unicuique vestrum reddet quod suum est, vobis non auferet quod vestrum est, alienis non dabit quod suum non est. Sed quid morarum? ipsa denique justitia conjuges vestras pulcherrimas, quo minus ab illis novis tyrannis humiliabuntur, custodiet. Filias vestras virgines pudicissimas, quo minus ab illis pulsabuntur eripiet. Adulteria cum stupris et incestibus, et id genus mille permiscere non sinet. Sed insignem vestram rempublicam virtute et auxilio sacratissimæ cæsareae

(1) Questa orazione è a stampa. Cfr. col. 432. (R. FULIN).